

7

Incipit speculum prelatorum De correptione seruoze erga subditos delinquentes et de multiplici dampno puenienti tam prelati quam subditis ex defectu correptionis. Primum capitulum.

Scripturus per modicum ad me ipsum. ymmo omnium prelatorum salutarem instructionem. accipio mihi loco thematis illud quod scribit in libro sapientie. xviii. c. Ardente columnam ducem habuerunt. In quibus episcopis statum boni prelati penes quatuor conditiones describit. Debet enim bonus prelatus primo habere zelum seruoze et sancte correptionis. Secundo statum vigoris et supportationis. Tercio locum amoris et communicationis. Quarto locum precessoris et informatoris. Primo ergo debet bonus prelatus habere zelum seruoze et sancte correptionis. ut sit ardens per industriam. non tepidus per ignauiam. non fumigans per vanam gloriam. non extinctus per infamiam. Ardente inquit. In cuius figura dicit de helya ecclesiastici. xlviij. Surrexit helyas quasi ignis. et verbum illius quasi facula ardebat. Sed isti igni adiungit quicquid sulphuris et quicquid thus. Quia thus miscetur cum igne. tota domus in qua fit hoc suauiter redolet. quoniam vero sulphur adiungitur ignis vehementer accendit. et tota domus fetore replet. Et isto modo moraliter loquendo. est de prelato non nunquam. Contingit enim quicquid. quod prelatus laterales consiliarios sibi assumit. personas sulphureas incedentes per malitiam et fetentes per infamiam. Et quoniam sic est. tota domus replet abominatione et fetore. Quia vero contingit quod prelatus consiliarios et collaterales sibi facit de sanctis personis deuotis et honeste fame. tunc nulli dubium quoniam domus tota repleatur dulce divine dilectionis. et suauitate pacis. que per thus significatur. Et tunc verificatur de tali prelato illud ecclesiastici. i. Quasi ignis effulget. et quasi thus ardens in igne. Et ideo qualis conditio debet esse. a quo prelatus consilium conuenit petere. pulchre et eleganter describit Ambrosius de officiis li. ij. Aduertendum inquit ambrosius quod in inquirendis consiliis primum se adiungat vite probitas. virtutum prerogativa. beniuolentie usus facultas gratie. Quis enim in ceno fonte requirat. quis de aqua turbida potum petat. Itaque ubi luxuria est. ibi intemperantia vicioze perfusio. Quis inde sibi aliquid hauriendum existimet. quis utile iudicet. quis non despiciet morum collusionem cause aliene. que videt inutile vite sue.

a. ij

Zelus seruoze